

DOCUMENTO DEL SANTO OFICIO SOBRE LA RECTA INTERPRETACION DE LA ENCICLICA “MEDIATOR DEI”

I

D O C U M E N T O (1)

SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTI OFFICII

(Protoc. núm. 142/48)

Ex aedibus S. Officii, die 25 nov. 1948.

Excellentissime ac Rev.me Domine:

Litteris, die 5 Julii ha. datis, Excellentia Tua Rev.ma quod attinet ad articulum in ephemeride “Klerusblatt” mense aprili huius anni a Rev.mo Abbate BENEDICTO REETZ, O. S. B., conscriptum, difficultates exposuit quae obstarent novae editioni textus vulgaris (in lingua germanica) Litterarum Encyclicarum “Mediator Dei”, cum lectores ephemeridis integrum textum earundem in aliis ephemeridibus ecclesiasticis iam diu legissent. Qua de causa Excellentia Tua S. Officium rogabat, ut locos quos Abbas Reetz non bene interpretavisset, singulatim indicaret.

Haec Suprema Sacra Congregatio, desideriis Excellentiae Tuae annuens, haec quae sequuntur considerationi Tuae opportunum subicere ducit:

1) Bene Auctor scribit Summum Pontificem In Encycl. Litt. rejicere oppositionem inter devotionem objectivam et subjectivam; at ipse videtur falso putare hoc tantummodo spectare ad cultum liturgicum (cfr. nn. 1 et 2 articuli Abbatis Reetz).

2) Haud dubio reprobanda sunt quae ab Auctore affirmantur in n. 22 sub e), circa distinctionem inter consilia et praecepta quasi “pietatis consilia “et opera, quae cum S. Liturgia arcte non junguntur”,

(1) Documento hecho público en la revista “Korrespondenzenblatt der Priestergebete Vereinigung Theologisches Konvikte Cantsianum”, de Innsbruck, 83 (1949), Julio, p. 6-7.